

de scientia beata Christi loquimur.

Quare, thesis minime intendit astruere Christum iam his in terris ad beatitudinem vitae <sup>e</sup>aternalis pervenisse (cf. Io 7, 39; Heb 2, 10; 5, 8); sed genus cognitionis (immediatam Dei cognitionem) determinat quo usus est Christus homo cum divina mysteria non credendo sed sciendo revelarit.

Et caeteras proprietates huius immediatae cognitionis Dei omittimus (cf. Sum. theol., I, q. 12), unam tamen necessario dicimus ut distingui possit scientia beata a scientia  $\times$  infusa. Illa enim sine specie, haec per species fit. Cuius rei ratio est quod, cum alia aliis actibus cognoscamus, quaedam vel correspondentia vel <sup>realis et obiectiva</sup> proportio inter actum cognoscitivum et obiectum cognitum agnoscenda est; secus per quemlibet actum quodlibet obiectum cognosceretur, quod esset contra facta satis manifesta. Species ergo nominatur illa determinatio realis et obiectiva quae actui cognoscitivo inest